

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Virtus x
cum fonte primo

Si

huc usque pervenis ut magis diligas
integrum omnibus membris et illesum
quam debilem et luscum; paulatim
fastidium tuum eo usque procedet ut e
duobus eque iustis ac prudentibus
comatum et crispum malis.

Sed quis unquam censuram inter
suos agit ut filium sanum quam egrum
magis diligat procerum et excelsum
quam brevem aut modicum?

Seneca LXVII. epistola.

Aut si hoc est, magis diliges ex duobus
aeque bonis viris nitidum et unctum
quam pulverulentum et horrentem;
deinde

hoc usque pervenies ut magis diligas
integrum omnibus membris et inlaesum
quam debilem aut luscum; paulatim
fastidium tuum illo usque procedet ut ex
duobus aequae iustis ac prudentibus
comatum et crispulum malis. Ubi par in
utroque virtus est, non comparet aliarum
rerum inaequalitas; omnia enim alia non
partes sed accessiones sunt.

Num quis tam iniquam censuram inter
suos agit ut sanum filium quam aegrum
magis diligat, procerumve et excelsum
quam brevem aut modicum?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 66, 25-26 (L.
Reynolds ed., vol.1, p.187, ll.8-18).